



Codex diplomaticus Brandenburgensis

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Sammlung für allgemeine Landes- und kurfürstliche
Haus-Angelegenheiten

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

155. Der Abt von Morimund nimmt den Kurfürsten Friedrich II., dessen
Gattin, Kinder und Bruder Friedrich, wegen seiner, dem Kloster Lehnin
erzeigten Wohlthaten, in die Theilnahme an den geistlichen ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56597](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56597)

154. Der Abt des Klosters Riddageshausen nimmt den Kurfürsten Friedrich II. und dessen Gattin Katharina, wegen ihrer Wohlthätigkeit gegen den Cisterzienser-Orden, in die Theilnahme an allen geistlichen Verdiensten desselben im Leben wie im Tode auf, im Jahre 1442.

Illustri ac magnifico principi domino friderico Marggrauiο brandburgenfi — domineque magnifice et Illustri, domine katherine, eius conthorali bene digne, frater hinricus, Abbas monasterii Riddageshusen ordinis Cisterciensis Halberstadenfi diocesis, post presentis vite felicem consumationem ad iocundissimam domini ihesu visionem tociusque trinitatis eternalem perfectamve fruicionem merito passionis gloriose et resurrectionis et ascensionis eiusdem nostri redemptoris suffragante peruenire. — Cum feruorem vestre deuocionis animaduertimus, quam ad nos nostrumque ordinem ac religionis statum saluberrimum vniuersum habere veridico experimento comprobauimus, voluimus eidem deuocionis feruori vicissitudinem rependere salutarem. Ea propter auctoritate nostri generalis capituli, qua indulto speciali fungimur in hac parte, tenore prefencium vobis et vnicuique vestrum liberaliter conferimus plenariam fraternitatem ac omnimodam participacionem omnium piorum operum, que in missis, vigiliis, jejuniis, castigacionibus, hospitalitatibus, elemosynarum largicionibus ceterisque horum diurnis ac nocturnis operibus quoque omnibus et singulis virtuosis per nos nostrosque successores ymmo per omnes et singulas vniuersi nostri ordinis vtriusque sexus personas operari dignabitur in perpetuum nostri clementia saluatoris ita ut horum omnium sint vere participes in vita pariter et in morte. Ad hec cum domino disponente diem vestrum claueritis aut alter vestrum clauerit extremum et hoc quam cito nobis id fuerit intimatum, extunc pro animarum vestrarum suffragio rite actitabitur quidquid pro dominis patribus, fundatoribus, principibus spiritualibus aut secularibus generosissimis fratribusque ex amicis carissimis in domino defunctis fieri salubriter est consuetum. In cuius rei euidentis testimonium presentes litteras nostris Abbacie et conuentus dignum duximus sigillis sigillandas. Datum etc. (A. XLII.)

Nach dem Churmärk. Lehn- Copialbuche III, 65.

155. Der Abt von Morimund nimmt den Kurfürsten Friedrich II., dessen Gattin, Kinder und Bruder Friedrich, wegen seiner, dem Kloster Lehnin erzeigten Wohlthaten, in die Theilnahme an den geistlichen Verdiensten des Cisterzienser-Ordens auf, im Jahre 1442.

Illustrissimo principi dominoque generosissimo domino Marchioni Brandenburgensi frater Johannes Abbas Morimundi, ordinis Cisterciensis lingonensis diocesis,

id quod est et quod peccatorum oraciones valere possunt in plenaria auctoritate nostra ordinis Cisterciensis. Nobis personaliter visitantibus et reformantibus monasterium vestrum de Lehnyn Exposuerunt pater abbas eiusdem monasterii et sui seniores sinceram affectionem, quam ad ipsos ymmo ad totum nostrum ordinem vestra gerit serenitas et qualiter ipsam domum Lehnynensem pluribus priuilegiis ornamentis aliisque enceniis diuersis magnifice dotastis et decorastis, pro quibus domino deo gratiarum actiones reddimus, qui tanti principis animum ad tuicionem et protectionem nostri ordinis dudum apud omnes principes ecclesiasticos et seculares non modicum commendabilis inspirauit. Vestre vero Serenitati ex condigno satisfacere non valentes nos et totum ordinem eidem in omnibus et per omnia obsequiosos offerimus, vos, Illustrissimam marchionissam consortem vestram, vestram progeniem dominumque fridericum germanum vestrum in plenaria auctoritate ordinis recipientes in fraternitatem et plenariam participationem omnium suffragiorum, missarum, oracionum, elemosynarum, ieiuniorum ceterorumque bonorum, que ammode in ordine nostro a quacunque persona eiusdem fient uel dicentur. Nos eciam predictum ordinem offerentes, ut cum dies vltimus vestre vite, ut speramus in domino, nobis uel Capitulo nostro generali fuerit intimatus, ad faciendum pro uobis speciale seruitium, quod pro aliis confratribus ordinis fieri consuevit. Datum in monasterio lenyn sub appensione sigilli nostri. Anno domini M°. CCCC°. XLII°.

Aus dem Churmärk. Lehn-Copialbuche III, 66.

156. Landgraf Ludwig von Hessen erklärt, daß die von dem Kurfürsten Friedrich den Herzögen von Sachsen zur Zahlung des schuldigen Egegeldes bewilligte Nachsicht, seinen Verpflichtungen als Bürgen keinen Abbruch thun soll, am 11. Februar 1443.

Wir von gots gnaden ludewig, landgrau zcu Hessen, Bekennen vffentlich mit diesem briue vnd thun kund allermeniglich, die yn sehen, horen odir lesen, Als wir dann mitsampt andern vnnfern mitburgen fur die Hochgebornen fursten, vnnfern lieben Swegern, Hern fridrichen vnd Hern wilhelmen, gebruder, Herczogen zcu Sachssen, landgrauen In doringen vnd marggrauen zcu miessen, fur Nunczehen thufend gulden Rinisch Egegeldes gein dem Hochgebornen fursten, vnnfern lieben Oheimen vnd Swagern, Heren fridrichen, marggrauen zcu Brandenburg vnd Burggrauen zcu Nuremberg, burge worden sind, nach Innhald der briue daruber begriffen, vnd als nu der ytzundgenante marggrau friderich, den obgenanten vnnfern Swegern, den Hertzogen zcu Sachssen zcu betzalunge der obgeschriben Summe Egegeldes schub vnd frist biz uff die wynachtheiligtage schirftkunfftig gegeben had, das wir vns mit follicher schub vnd fristgebung nicht behelffen, Sundern ob sache were, das